

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1515

Autre(s) référence(s) : Fauroux 69 / Tabuteau 156 / Round 1422

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1033, 13 avril-1033, 30 avril]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique concède à Saint-Wandrille l'église d'Arques et deux autres églises qui en dépendent : l'église de Saint-Aubin[-le-Cauf] avec les dîmes de Noville, et l'église de Bouteilles.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 13, p. 52-54.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 69, p. 205-206.

Texte établi d'après b

In [nomine] sancte et individue Trinitatis. Ego Rodbertus, gratia Dei consul et dux Normannorum, notum esse volo omnibus sancte ecclesie fidelibus, tam presentibus quam futuris, quia adiit nostram clementiam abbas monasterii Sancti Petri et Sancti Wandregisili, cum fratribus ipsius loci, petens ut concederem ipsi monasterio, ad supplementum victus servorum Dei ipsi inibi servientium, ecclesiam cujusdam sedis nostre que dicitur Archas ; cujus petitioni libenter assensum prebens, concedo, una consensu et voluntate fidelium nostrorum, predicto monasterio ipsam ecclesiam et totam terram que ad ipsam pertinet et ecclesias que pertinent ad illam, id est ecclesiam que dicitur de villa Sancti Albini et decimas de Notvilla pertinentes ad ipsam et ecclesiam de villa que dicitur Buteculas. Hec omnia concedo predicto monasterio in alodum et in perpetuum concessum esse volo, ita ut in perpetuum habeant, teneant et possideant. Si quis autem contra hanc nostre donationis auctoritatem aliquis conatus fuerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat et perpetuo anathemate dampnatus intereat, et demum auri libras. La. ad nostrum jus persolvat. Ad hanc autem cartam ut firma permaneat manu propria subterfirmavi et fidelibus nostris firmandam tradidi. + Signum Rodberti comitis. + Signum Malgeri comitis. + Signum Waleranni. + Signum Toroldi militis. + Signum Ratbelli. + Signum Rogerii Eximensis vicecomitis. + Signum Rogerii Todelensis. + Signum Osberni dapiferi. + Signum Baldrici. + Signum Anchetilli vicecomitis. + Signum Turstingi. + Signum Alvredi Gaiant. + Signum Gozelini vicecomitis. + Signum Hugonis episcopi Baiocacensis. + Signum Roberti episcopi Constanciensis. + Signum Herberti episcopi Lisiacensis. + Signum Gilleberti vicecomitis. + Signum Anfredi dapiferi. + Signum Odiloni abbatis. + Signum Henrici regis qui tunc temporibus profugus habebatur in hac terra. + Signum Hetunardi. + Signum Alvreth fratris ejus. + Signum Rodulfi filii Vualt.

Ego Robertus, gratia Dei archipresul, hanc cartam manu et ore confirmo, quam si aliquis contradicere nisus fuerit, nostra auctoritate eum imperpetuum perpetue supponimus excommunicationi.